intulisse. Amare Deus omnipotens, qui pre-
sto est semperseuis humilibus gratiam infun-
dendo et superbis resistendo ~~cito~~ cito eorden com-
pressit et domavit. Nam Fredericus marchio
compressit Missnensis et Titzmannus, frater suus marchio
m Missn Lusatie, iam recollectis viribus, in civitatem
lusatie + CCLXIX c. Lipczensem omnes bellatores, milites, militares
cives et rusticos congregarunt, confessione
sacerdotali per arta ac clericis et religiosis
initi constitutis congregatis, missam solemp-
nem decantari fecerunt, agnem et cor
quod prelaturi erant, devotis precibus Domino
commendabant. Sicque recepta sacerdotali
benedictione, gladio et armis, ut Judas Macha-
beus ad bellandum se succinxerit dicens:
"Melius est nos mori in bello, quam videre
mala gentis nostre et sanctorum. Da galeam
hodie super caput meum Trium terrarum
m Missn videlicet Missnensis, Orientalis, Thuringie, in
signorum prelii et tornearmenti insignitam
Adiuvet nos Deus, quia iustitiam habemus. Sic
que cum suis confidenter Suevos prelio audac-
ter adiit, eosdem vicit, peremit et captivavit,
liberans patriam ab eorum incursibus usque
in hodiernum diem. Marchio Fredericus potitus
victoria tali letus cum suis Lipczk redit
dignas Deo gratiarum actiones exsolvit. Post
hec mortuo patre suo Alberto Thuringie
Lantgravio in civitate Erfordensi et in monas-
terio beate virginis, sepulto, mortuo simili-
ter fratre suo Titzmanno apud predicatores
Wrid. in Lipczk sepulto, ut supra dictum est, Tri-
scriptum derius illustris princeps Lantgraviatum
m Thuringie, marchiam Missnensem et Lusa-
Missn cie cum terra Missensi et orientali regione
Missen + f. CCLXIX d. solus potenter obtinuit cunctisque principibus
vicinis formidabilis fuit cepitque emulos